Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inquit potestatis ur̄e iure participant. non magis nos. S; n̄ sumus usi
hac potestate. sed omnia toleramus. ne quod impedimentum demus
euangelio xp̄i. ITEM. Ab infidelib⁹ ꝯiugib⁹ licet alicui recedere
Sic enim neq; recedere ab uxoribus infidelibus s; n̄ expedit. vii.
uel maritis. fideles uiri uel feminę non prohibentur a dn̄o. ut neq;
iubeantur. Nam si dimittere tales coniuges iuberentur: nullus lo
cus esset consilio monentis apostoli ne hoc fieret. Nullomodo enī
quod dominus iubet seruus bonus prohibet. ITEM. Cum ergo
cepisset gentibus euangeliū predicari. iunctos gentiles gentilib⁹
comperit coniugibus. ex quibus si non ambo crederent. sed un⁹
& una & infidelis cū fideli habitare consentiret. nec ꝓhiberi a
dn̄o debuit fidelis infidelem dimittere nec iuberi. Ideo scilicet
non prohiberi. quia iusticia ꝑmittit a fornicante discedere. &
infidelis hominis fornicatio est maior in corde. nec uera eis
pudicicia cum coniuge quidem dici potest. quia omne quod n̄
est ex fide pecc̄m est. quamuis ueram fidelis habeat pudiciciā
etiam cum infideli coniuge quę non habet uerā. Ideo autem nec
iuberi debuerunt fideles ab infidelibus separari. quia non con
tra iussionem domini gentiles fuerunt ambo coniuncti. Quō
ergo ab infideli fidelem discedere non prohibet nec iubet dn̄s.
ideo ut non discedat apostolus dicit. non dn̄s. Habemus utiq; spi
ritum sanctum in quo dare posset utile & fidele consilium. Vn̄
cū dixisset de muliere cuius uir mortuus fuerit. beatior autē
erit si sic permanserit sedm̄ consilium meū. ne quis hoc consili
um tamquam humanū non diuinum contempnendum pu
taret adiecit. Puto autē quod & ego spiritum dei habeam. Pin̄
intelligendum est etiam ipsa que a domino non iubentur: sed a
sancto eius famulo utiliter suadentur eodem domino inspiran
te suaderi. absit enim ut quisquā catholicus dixerit. quod sp̄c
sanctus suadet non dominū suadere. cum & ipse dominus sit.
& inseparabilia sint opera trinitatis. Dicit tam̄ apl̄s. De uirgi
nibus autē domini preceptū non habeo. consiliū autē do. n̄